

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Aristoxeni Rhythmicorum Elementa liber secundus

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1r>-<2v>

[<f.1r>-] [Aristoxeni rhythnikon stoikheion. B. in marg.] Aristoxeni Rhythmicorum Elementa liber secundus

Quod [[an]] Rhythmi plures sint formae; et quatenus eae sint, quas ob causas unaquaeque [[sua]] eiusmodi [[sor]] nacta fuerit appellationes, et qualis sit cuiusque materia in ante dictis expositum est: iam uero dicendum nobis [[est]] proprie de eo quo Musice utitur Rhythmo. [[Igitur]] Sane quod circa tempora et temporum perceptiones uersetur satis ostentum est [[in superioribus lib]] in superiori tractatione; sed rursus h[oc ante corr.] repetendum [[est]]: hoc enim quodammodo initium ac fundamentum est Rhythmicae Scientiae. [[Cogitandum autem est duas]] Cogitare autem debemus duplicem quamdam huiusmodi naturam ac proprietatem: Vnam quae [sit supra lin.] ipsius [[est]] [[sit corr. supra lin.]] Rhythmi alteram [[q]] Rhythmizomeni seu Rei cui Rhythmus aptatur [[non dissimili modo sese habentes quouae sint]] eandem fere inter se rationem obtinentes quam Figura habet et Figuratum: Nam quemadmodum Tropus plures recipit Schematum species [[pro diuersa eius per]] prout [[ipsius partes s]] quaedam ipsius partes uel etiam omnes diuerso modo dispositae fuerint: sic quae Rhythmo [-f.<1v>-] aptantur singula, plures induunt formas: non ex sui natura sed ipsiusmet Rhythmi. Etenim ipsa Dictio temporibus diuisa inter se uarijs quasdam accipit [[differentias]] [uarietates corr. supra lin.] eiusmodi uidelicet quales sunt eiusdem Rhythmi natiuae propriae differentiae: eademque ratio est cantus [[siue]] et si quid aliud aptum est huiusmodi Rhythmo affici ex temporibus compositis Ex qua similitudine [[quaque illud sensus]] [[illud sensu comprehendere oportet]] alio etiam sensus ducendus est [[inter utrumque]] in utriusque contemplatione uersantibus; Rhythmi uidelicet et eius quod Rhythmo afficitur: [[quae enim apta sunt uarie figurari corpora, singulis eiusmodi figuris differre necesse est.]] Ex corporibus quae apta sunt figurari non est ullum quod a qualibet eiusmodi figura non different: [[quae uero fig]] [[quae]] nihil aliud est quam [[con<.>]] connexio partium eiusdem corporis [[ex quadam dispositione consurgens quos]] quod [cum supra lin.] certo aliquo modo [eas in marg.] dispositiones habeat, inde Schemata seu Habitus [[noncupatur]] appellata est. Sic pariter Rhythmus a singulis ijs quae Rhythmo aptantur diuersa res est. [-<f.2r>-] In hoc etiam [[utrumque]] [utraque corr. supra lin.] conueniunt [conuenit ante corr.] nequitquam per se possit [[existere]] [consistere corr. supra lin.]: nam neque [[Schema potest existere]] [figura existet corr. supra lin.] nisi sit aliquid quod figuram [[s<.>]] recipere possit nec Rhythmus absque eo quod Rhythmus suscipiat [[ac temporum]] et diuidat Tempus: quandoquidem Tempus se ipsum non secat ut antea dictum a nobis est: sed alio opus est quod ipsum in partes secet. Necessarium igitur fuerit Id cui Rhythmus aptatur secabile esse in certas notasque portiones quibus tempus diuidatur: Quibus et illud consentaneum est dicere Rhythmus fieri quandocumque temporum Diuisio ordinem quemdam certum ac definitum acceperit: neque enim quaelibet temporum series

Rursus uero per similitudines ducenda res est ac nitendum percipere quatenus in praesenti negotio [[ueritas]] fides ijs haberi debeat: sunt autem nobis nota quae in litterarum compositione uersantur item quae in musicis Interuallis: uidelicet quod neque in sermone quouis modo litterae connectantur, neque in cantu pariter Diastemata seu Interualla uocum: sed pauci oppido comparatione aliorum sunt modi qui utrobique in usum ueniunt: multo enim [[pluribus]] [plures corr. supra lin.] [[formis]] [sunt corr. supra lin.] connexiones [connexionibus ante corr.] per quas [-<f.2v>-] loquelae sonitus disponi nequeunt neque eos sensus [[percip]] recipit sed reijcit potius: Idcirco enim [[Harmoniam]] Systema [[multo]] cantabile multo pauciores formas admittit. Incantabile uero longe plures. Eodem igitur modo Temporum discrimina sese habent multae enim ipsorum connexiones siue ordinatae connexiones alienae uidentur a sensibus: paucae uero aliquot propriae, aptaeque disponi secundum Rhythmi naturam. Rhythmizomenon uero [[Sed S]] seu Res quae Rhythmo affici potest indifferens est ad Rhythmus et Arrhythmiam siue Temporum

inconcinnitatem.